

Demosthenica.

Δημοσθένους τῶν δικανικῶν λόγων οἱ δημόσιοι par Henri Weil.
Paris. Hachette. 1877.

Leptin. § 19. *Σκεπώμεθα δὴ τίνας ἡμῖν εἰσποιεῖ (Leptines) χορηγοὺς εἰς ἐκείνας τὰς λειτουργίας καὶ πόσους, ἂν μὴ τούτῳ προσέχωμεν, ἀφήσει. Οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες αἰεὶ τῶν χορηγιῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσιν.* Weilius interpretatur: *combien il sera obligé de lacher, si nous rejetons sa loi.* Ita refertur ad Leptinem, quod magis proprie dicitur de Atheniensibus infra § 27: *Ἐσοθ' ὅσον ἐνθάδ' ἀφίετε, ἐκεῖ κομίζεσθε.* Similiter hic quoque expectaveram, quae lectio facile sequentibus oculis οἱ μὲν obliterari potuit, *καὶ πόσους, ἂν μὴ τούτῳ προσέχωμεν (προσχωόμεν?), ἀφήσομεν.* Nihilominus fieri potest ut locus vitii immunis sit.

§ 49. *τοὺς δ' ἐν ἀπάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονία πάντα ταῦτ' ἀμελοῦμεν' ὃ πέρερι κατὰ μικρόν.* Alii interpretes, in quibus Dindorf, ad nescio quam anacoluthiam confugiunt, alii verbo tribuunt vim transitivam, ut F. A. Wolf, allatus a Weilio, scribens 'bene et ad analogiam sermonis apte res dici potest ὑπορροεῖν τι quae aliam rem *subterlabitur* et ita facit, ut ea subsidat deque statu suo deiciatur'. Sic quoque Reiske in Indice Gr. Dem. vertens: *horum neglectus effecit ut sublaberentur et subsiderent.* Quia tamen nullus exstat locus, quo hic verbi usus stabilitur, erunt fortasse qui mecum suspicari malint: *πάντα ταῦτ' ἀμελοῦμεν' ὑπέρειπε κατὰ μικρόν.* Cf. Plut. Mor. p. 71 B.

§ 131. *Ἐτι τοίνυν ἴσως ἐπισύροντες ἔροισιν ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσηνιοὶ τανες, εἶναι φάσκοντες, ἔπειτ' ἀτελεῖς εἰσίν.* Transponendum videtur εἶναι φάσκοντες ἀτελεῖς, ἔπειτ' εἰσίν.

§ 154. *τί κωλύει μεγίστην εἶναι τὴν πόλιν καὶ πάντας χρησούς*

καὶ μηδένα [εἶναι] ποιηρόν; Scire velim quam vim inutile verbum, quo auris laeditur, addat sententiae.

Midian. § 35. ἦν ὁ τῆς βλάβης ἑμῖν νόμος πάλαι, ἦν ὁ τῆς αἰκίας, ἦν ὁ τῆς ὑβρεως. Cod. Σ a pr. m. αἰκείας. Recte, ut videtur. Vid. Elmsleius ad Oed. Col. 748.

§ 55. Οἱ τοίνυν χοροὶ πάντες — καὶ οἱ χορηγοὶ δῆλον ὅτι τὰς μὲν ἡμέρας ἐκείνας, ὡς συνερχόμεθ' ἐπὶ τὸν ἀγῶνα — ξεφρανώμεθα, ὁμοίως ὅτε μέλλων νικᾶν καὶ ὁ πάντων ὕστατος γενήσεσθαι, *ΤΗΝ* δὲ τῶν ἐπικικίων ὑπὲρ αὐτοῦ τότε ἤδη ξεφρανοῦται ὁ νικῶν. Praesens ξεφρανοῦται si recte Buttman intellexit *coronam accipit*, nec scriptor dedit ξεφρανώται, quod non commendatur hiatu, sequitur, ut arbitrator, corrigendum esse *ΤΗΙ* δὲ τῶν ἐπικικίων κτέ. Mox § 56 verba ταύτην τὴν ἡμέραν manifesto iungenda sunt cum praegressis, non cum sequentibus.

§ 166. Οὐδένα γὰρ τρόπον ἄλλον ἐν τοῖς ἱππεῦσιν αὐτὸν ἀτελεῖ ποιῆσαι ξρατείας δυνάμενος, ταύτην εὔρηκε Μειδίας καινήν ἐπικικῆς τινὰ πεντηκροσῆν. Inde quod πεντηκροσολόγοι militiae immunes erant, recte intellegi possunt praecedentia haec: καίτοι τὴν τοιαύτην τριηραρχίαν, ᾧ πρὸς θεῶν, πότερον τελωνίαν καὶ πεντηκροσῆν καὶ λιποταξίαν καὶ ξρατείας ἀπόδρασιν καὶ πάντα τὰ τοιαῦθ' ἀρμόττει καλεῖν, ἢ φιλομαίαν; ibi enim πεντηκροσῆ et τελωνία figurate significant *modos subdolos parandae sibi militiae immunitatis*, sed neutiquam inde sequitur dici potuisse ἐπικικῆς πεντηκροσῆν et vel minus καινήν ἢ ἐπικικῆς πεντηκροσῆν, quia nullam noverant Athenienses ἐπικικῆς πεντηκροσῆν proprie sic dictam. Suspiciari quidem possis ἐπικικῆς a glossatore invectum esse, quo expulso verba ταύτην εὔρηκε *M. καινήν ἢ ἐπικικῆς πεντηκροσῆν* possent sane intellegi, sed tamen vel sic iure mireris oratorem, quo lepore semel usus iam sit, eundem in proxima sententia frigide repetere. Sed subvenit optimus codex Σ, qui pro ἐπικικῆς exhibens ἐπικικῆν firmat suspicionem meam, oratorem dedisse: ταύτην εὔρηκε Μειδίας καινήν ἐπικικῆν τινὰ, sive mavis καινήν τιν' ἐπικικῆν. Erat enim Midias ἐν τοῖς ἱππεῦσιν et nomine ἱππεύς (cf. § 166 ὁ ἑππαρχος Μειδίας), itaque novam eum excogitasse militiam equestrem cum acerba ironia Demosthenes dixisse censendus est. Magistellus ἐπικικῆν non intellegens de suo e praegressis supplevit πεντηκροσῆν.

§ 174 extr. post Παιανιέως deleatur ἑππου perperam repetitum.

§ 181 extr. οὔτε γὰρ πομπέων οὔτε δίκην ἡρηκῶς οὔτε παρεδρεύων οὔτ' ἄλλην σκῆψιν οὐδέμειαν ἔχων [πλὴν ὑβρεως] τοιαῦτα πεποίηκεν οἷ' οὐδεὶς ἐκείνων. Seclusa mihi suspecta sunt.

§ 186 extr. εὐδῆλον δῆπου τοῦθ' ὅτι καὶ νῦν ἐὰν διακρούσηται,

πάλιν αὐτὸς ἐκεῖνος ὃν ἡμεῖς ἔσε γενήσεται. Sententiae magis convenire videtur αὐτὸς ἐκεῖνος, *idem ille*, quam ἴπσε ἴλλε, quemadmodum de eo qui aut ingenium aut sententiam mutat οὐκέτ' ἔσιν ὁ αὐτός, de eo qui mutat ἔσιν ὁ αὐτός ἔτι dici assolet.

§ 196. Μεγάλην μεντᾶν ἀρχήν, μᾶλλον δὲ τέχνην εἰς ἂν εὐρηκῶς, εἰ δὴν τὰνανατώταθ' ἑαυτοῖς ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ περὶ σεαυτὸν δύναιο ποιεῖσθαι, φθόνον ἐξ ὧν ζῆς καὶ ἐφ' οἷς ἐξαπατᾶς ἔλεον. Si recte hunc locum intellego, ἀρχή est vox invidiosa, quia orator utitur ut significet Midiam opibus suis fretum existimare tantum se imperium exercere in civium suorum animos, ut ipsum quantumvis sibi invisum damnare tamen non sint ausuri. Quod si ita est, eius vocabuli vim ita infringit ipse orator addendo μᾶλλον δὲ τὴν τέχνην, ut suspicionem premere nequeam Demosthenem alio verborum ordine usum dixisse: *μεγάλην μεντᾶν τέχνην, μᾶλλον δ' ἀρχήν, εἰς ἂν εὐρηκῶς κτέ.* Ad ἀρχήν cf. Arist. Vesp. 575.

De falsa legatione § 27. Πρώτου μὲν τούτου καὶ μάλισθ' οὔπερ εἶπον ἔνεκα ταῦτα διεξήλθον. Quia τούτου respicit ad praegressa, misere abundant sic scripta verba οὔπερ εἶπον. Sed procul dubio Demosthenes dedit ὄπερ εἶπον, qua formula oratores utuntur, sicubi iam dicta repetunt; id quod hic usu venit. Nam § 25 eisdem propemodum verbis dixit τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' ὑπέμνησα πρῶτα νῦν ὑμᾶς καὶ διεξήλθον τούτους τοὺς λόγους; ἐνὸς μὲν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μάλισα καὶ πρώτου κτέ., atque ita iam Dobraeus. Sequitur δευτέρου δὲ τίνος καὶ οὐδὲν ἐλάττονος ἢ τούτου; ἵνα τὴν οὐτ' ἀδωροδόκητος ὑπῆρχε προαίρεσιν αὐτοῦ τῆς πολιτείας ἀναμνησθέντες κτέ. Sic locum interpungit Weil, cum vulgo signum interrogandi ponatur post τίνος, quod me iudice multo fit rectius, si quidem verba sequentia ad quaestionem non pertinent. Ea vero ipsa emblemate difformata videntur. Suspicio: δευτέρου δὲ τίνος; οὐδὲν ἐλάττονος· ἵνα τὴν κτέ., deletis quae omisi.

§ 76. ἵνα μὴ δι' ὑμῶν αὐτοῖς (Lacedaemonios) οἱ Φωκεῖς ὑποποιήσονται. Ita codd. praeter Σ in quo est ποιήσονται. Cum verbum ὑποποιεῖσθαι apud bonos scriptores Atticos non reperiatur, optimi codicis lectionem in προσποιήσονται refinxerim. Praepositionem πρὸς sexcenties periisse haud semel monuit Cobetus.

§ 114. Εἰ δὲ Φιλοκράτης μὴ μόνον ὁμολόγει παρ' ὑμῶν ἐν τῷ δήμῳ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἐδείκνυεν ὑμῖν πυροπαλῶν, οἰκοδομῶν, βαδισέσθαι φράσκων κἂν μὴ χειροτονῆθ' ὑμεῖς, ξυλληγῶν, τὸ

χρυσίον καταλλαττόμενος φανερώς ἐπὶ ταῖς τραπέζαις, οὐκ ἔνι δῆπου τοῦτον εἰπεῖν ὡς οὐκ εἴληφε. Nihil huic sententiae deest, neque ullam me iudice vim ei addunt quae verba ab interprete potius quam ab oratore profecta adhaerent in libris et editionibus: τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦντα καὶ δεικνύντα.

§ 129. ὑπὲρ ὧν ἐκεῖ διεπράξατο (Aeschines) οἱ συμπρῶσβεύοντες καὶ παρόντες καταμαρτυρήσουσιν, ὥπερ ἐμοὶ ταῦτα διηγοῦντο. Vix genuina est sequens ultimorum verborum explicatio οὐ γὰρ ἐγώ' αἰτοῖς συνεπρέσβευσα, ἀλλ' ἔξωμοσάμην. Modo enim § 122 hoc dixerat: ἐγὼ μὲν δὴ παρελθὼν ἔξωμοσάμην εὐθὺς κτέ.

§ 136. ὡς ὁ μὲν δῆμός ἐστιν ἀσταθμητότατον πρῶγμα τῶν πάντων καὶ ἀσυνθετώτατον, ὥπερ ἐν θαλάττῃ πνεῦμ' ἀκατάστατον ὡς ἂν τύχη κινούμενος. Minime sufficit Weillii correctio inserentis ὅτε post ὥπερ, quia vix desiderari potest notio verbi κῆμα, quod ante oculos habuit hunc locum imitans Appianus B. C. III 20, quem laudare solent interpretes. Acu rem tetegisse videtur Schaeferus corrigens πνεύματι κῆμα, nisi quod ea recepta ἀκατάστατον habet quod offendat. Quare vide an corrigendum sit: ὥπερ ἐν θαλάττῃ πνεύματι κῆμ' ἀκαταστάτω ὡς ἂν τύχη κινούμενος. Hiatus oratorem dicere vetabat κῆμα πνεύματι ἀκαταστάτω. Recte Weil attulit Arist. Ran. 1003 πνεῦμα λεῖον καὶ καθ' ἑσθηκός et Aristot. Probl. XXVI 18 ἀνάγκη καὶ πνεύματα ἀκατάστατα εἶναι.

Ibidem δεῖ δέ τις φίλους ὑπάρχειν τοὺς ἕκαστα πράξοντας ἐν ἡμῖν αὐτῷ (Philippo) καὶ διοικήσοντας, οἷον αὐτὸς δὴ κἂν περ αὐτῷ τοῦτο κατασκευασθῆ πᾶν ὅτι ἂν βούληται παρ' ἡμῖν ἑραδίως διαπράξεσθαι. Sic optimi codices sine sensu, nisi quod Antverpianus (Ω Bekkeri) habet αὐτῷ δὴ et in mg. αὐτῷ δοκεῖ, quae lectio, ut ἂν αὐτῷ δοκῆ, in duobus libris Parisiensibus coniecturae deberi videtur. Nec sane οἷον ἂν αὐτῷ δοκῆ ita male coniectum est, nisi quod οἷον pro οἷα vel ὅτι ferri nequit. Optimorum tamen testium traditioni insistens melius conicias: οἷ' ἂν (vel ὅτι ἂν) αὐτὸς <ἔθελε> λη.

§ 137 supplendum existimo: καὶ γὰρ τοι πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν πάλιν ἡμετέραν δούλην <εἶναι> κατέπεμψεν (i. e. per legatos declaravit), ἣν τότε σύμμαχον αἰτοῦ καὶ φίλην ἔγραψεν. Omissum verbum non tuetur locus Xenoph. Hell. VII 1, 30 ἣν βασιλεὺς εἰρήνην καταπέμποι.

§ 138 deleatur nomen proprium ὁ Φίλιππος, cum otiosum, quia subiectum tota § idem manet, tum verborum compositioni infestum. In proxime praegressis recte Weidnerus delevit βούληται.

§ 139. Ἦλθον ὡς αὐτὸν πρέσβεις ἐκ Θηβῶν, ὅτε περ καὶ παρ' ἡμῶν ἡμεῖς ἦμεν ἐκεῖ. Τούτοις χρήματα' ἐκεῖνος ἐβοίλετο δοῦναι, καὶ πάνν γ', ὡς ἔφασαν, πολλά. Οὐκ ἐδέξαντ' οὐδ' ἔλαβον ταῦθ' οἱ τῶν Θηβαίων πρέσβεις. Optime quidem haec verba intellegi possunt omissis ultimis οἱ—πρέσβεις. Cave tamen expungas. De industria enim elata voce orator ea repetivisse videtur, quo disertius legatorum Thebanorum τὸ ἀδωροδόκητον opponeret Atheniensium infirmitati. Eadem de causa mox cum vi pronomine demonstrativo usus est in his: καὶ τελευτῶν ἐκπῶματ' ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προῦπινεν αὐτοῖς. Πάντα ταῦτ' ἐκ εἵνοι διεωθούντο κτέ. Tironum gratia haec apposui, ut videant in hoc genere facile distingui vocabula ad augendam vim orationis ab ipsis oratoribus adiecta ab interpositis a magistellis ad explicanda quae nulla egeant interpretatione. His reddenda esse arbitror quae uncinis saepiam § 146 in verbis: καίτοι πῶς οὐ δεινόν — καὶ οχέλιον τὰς τῶν ἡμετέρων συμμάχων συμφορὰς προσόδους τοῖς πρέσβεσι τοῖς ἡμετέροις γεγενῆσθαι καὶ τὴν αὐτὴν εἰρήνην τῇ μὲν ἐκπεμψάσῃ πόλει τῶν μὲν συμμάχων ἄλεθρον, τῶν δὲ κτημάτων ἀπόσασιν, ἀντὶ δὲ δόξης αἰσχύνῃ [γεγενῆσθαι], τῶν δὲ πρέσβεων τοῖς κατὰ τῆς πόλεως ταῦτα πράξασι προσόδους, εὐπορίας, κτήματα, πλοῦτον ἀντὶ τῶν ἐσχάτων ἀποριῶν [εἰργάσθαι]; Alta voce haec recites, et videbis quantum istis recisis lucretur periodi compositio.

§ 187. τὰς δ' ἐπισηλὰς ἡμῖν ἀναγνώσομαι τὰς τοῦ Φιλίππου, καὶ τοὺς καιροὺς ἔφ' ὧν ἕκασ' ἐξηπάτησθ' ὑπομνήσω, ἔν' εἰδῆθ' ὅτι τὸ ψυχρὸν τοῦτ' ὄνομα τὸ ἄχρι κόρον, παρελήλυθ' ἐκεῖνος φενακίζων ἡμᾶς. Locum iam antiquitus controversum sic correxerim: ὅτι τὸ ψυχρὸν τοῦτ' <ὄνομα> ὀνομάζων ἄχρι κόρον περιελήλυθ' ἐκεῖνος φενακίζων ἡμᾶς. Scilicet τὸ ψυχρὸν τοῦτ' ὄνομα spectat futura ista Philippi beneficia, ut recte intellectum est. Fortasse autem sufficit ὅτι τὸ ψυχρὸν τοῦτ' ὀνομάζων ἄχρι κόρου περιελήλυθ' ἐκεῖνος κτέ.

§ 190. Ἡ βουλὴ ταῦτὰ ταῦτα, εἰσιτήρι' ἐθνεσε, συνεισιτιάθη. Graecum vocabulum non εἰσιτήρια, sed εἰσιτητήρια esse demonstrat constans haec titulorum Atticorum orthographia. Vid. libellum meum qui inscribitur 'lapidum de dialecto Attica testimonia' pag. 49.

§ 196. κληθέντες γὰρ οὔτοι πρὸς Ξενοφρονα [τὸν υἱὸν] τὸν Φαιδίμου. Dele emblemata.

§ 217. ἀλλ' ἔπερ πραγμάτων αἰσχροῦ καὶ δεινῶς ἀπολαλότων τὴν ὑπάρχουσαν αἰσχύνῃ εἰς τοὺς αἰτίους ἀπώσασθε τὰ πεπραγμένα, ἃ πάντες ἐπίστασθε, ἐξετάσαντες. Si verba ἃ πάντες ἐπίστασθε

genuina sunt, quo tandem pacto sic pergere potuit orator: *Τί οὖν ἔστι ταῦτα; ἃ ὑμεῖς ἴξε καὶ οὐ παρ' ἡμῶν ὑμῖς ἀκοῦσαι δεῖ.* Nonne meridiana luce clarius est, interpungendum esse: *Τί οὖν ἔστι ταῦθ' ἃ ὑμεῖς ἴξε καὶ οὐ παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι δεῖ;* Quae qualia fuerint declarat D. sequentibus verbis hisce: *Εἰ μὲν ἄπανθ' ἐπέσχοντο κτέ.*

§ 233. *Ἄλλὰ μὴν περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐδενὸς προσδεῖσθε μάρτυρος· ὡς δὲ τὸν υἷὸν* (constans huius vocabuli orthographia hac aetate apud scriptores pedestres fuit *ύός*, ut apparet ex titulis Atticis) *ἔπεμψεν ὁ Φρόνων, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας.* Imo *τούτου.* Ibidem. *Εἰ δέ τις ὢν ἐφ' ἡλικίας ἕτερον βελτίων τὴν ἰδέαν μὴ προιδόμενος τὴν ἐξ ἐκείνης [τῆς ὄψεως] ὑποψίαν, ἰταμώτερον τῷ μετὰ ταῦτ' ἐχρήσατο βίῳ, τοῦτον ὡς πεπορνευμένον κέκριεν* (Aeschines). Deleto emblemate, quod vel aurium iudicio condemnatur, commode *ἐκείνης* referemus ad praegressum *ἰδέαν.*

§ 235. *ἐπειδὴ γὰρ ἑώρων αὐτοὺς* (Macedones) *καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐκεῖ σεμννομένους ὡς εὐδαίμονας καὶ λαμπρούς, εὐθὺς ἡγούμην ἐν τούτοις πρῶτον αὐτὸς περιεῖναι δεῖν αὐτῶν καὶ μεγαλοψυχότερος φαίνεσθαι.* Quae sit ista magnanimitas, non video. Demosthenes aut scripsit *μεγαλοπρεπέσερος*, aut voci *μεγαλόψυχος* iam tribuit eam notionem quam ei primus, quod sciam, dedit Polybius, ut sit *municipicus.*

§ 260. *εἰς Πελοπόννησον δ' εἰσελθὸν* (sc. τὸ νόσημα) *τὰς ἐν Ἡλιδι σφαγὰς πεποίηκε, καὶ τσαυτῆς παρανοίας καὶ μανίας ἐνέπλησε τοὺς ταλαιπώρους ἐκείνους κτέ.* Quia de contagio sermo est, corrigatur *ἀνέπλησε.*

§ 295. *οἱ νομίζοντες αὐτοὺς ἀξιόχρεως εἶναι τοῦ Φιλίππου ξένοι καὶ φίλοι νομίζεσθαι.* Deleto pronomine correxerim *οἱ νομίζοντες ἀξιόχρεω εἶναι κτέ.* Ceterum consulas Naberum, Obs. crit. in Plat. II, 70 sq.

§ 320. *Ἦιδει δὴ σαφῶς, οἶμαι, τοῦθ' ὅτι νῦν, ἡνίκ' ἐξασίαζε μὲν αὐτῷ τὰ Θεσσαλῶν, καὶ Φεραῖοι πρῶτον οὐ συνηκολούθουν, ἐκροτοῦντο δὲ Θηβαῖοι καὶ μάχην ἤτηντο καὶ τροπαῖον ἀπ' αὐτῶν εἰσῆκειν, οὐκ ἔνευε παρελθεῖν, εἰ βοηθήσεθ' ὑμεῖς, οὐδ', ἐὰν ἐπιχειρή, χαίρῃσιν, εἰ μὴ τις τέχνη προσγενήσεται.* Mira synonymorum coaervatio de Thebanis victis a Phocensibus facit, ut hunc locum ex § 148 interpolatum esse suspiceris. Pro *χαίρῃσιν* ex cod. Σ cum aliis editoribus recipiendum fuerat *χαίρειν*, aut *χαίρῃσει* scribendum cum Dobraeo, quod etiam praestare videtur.

§ 325. *ἀντὶ δὲ τοῦ τὰς Θήβας ταπεινὰς γενέσθαι καὶ περιαιρεθῆναι τὴν ὕβριν καὶ τὸ φρόνημα [αὐτῶν].* Pronomen abesse malim, ut *Θήβας* sit subiectum verbi *περαιορεθῆναι.* Cf. Dem. XXI § 138, XXVI § 5 al.

§ 338. μηδὲν ἡμεῖς ἀβέλτερον πάθητε, ἀλλὰ λογίξεσθ' ὅτι δεῖ κήρυκα μὲν ἂν δοκιμάζητε, εὐφρωνον σκοπεῖν, προσβευτήν δὲ καὶ τῶν κοινῶν ἀξιοῦντά τι πράττειν δίκαιον καὶ φρόνημ' ἔχονθ' ἑπεὶ ἡμῶν μέγα, πρὸς δ' ἡμᾶς ἴσον· ὡσπερ ἐγὼ Φίλιππον μὲν οὐκ ἐθαύμασα, τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἐθαύμασα, ἔσωσα, οὐδὲν ὑπεξειλάμην. Οὗτος δ' ἐκείνου μὲν προῦκαλινδεῖτο καὶ τοὺς παιᾶνας ἦδεν, ἡμῶν δ' ὑπερορᾷ. Recte Cobet cum cod. A proscripsit alterum ἐθαύμασα, sed praeterea male me habet οὐδὲν ὑπεξειλάμην isto loco positum. Num transponendum: ὡσπερ ἐγὼ Φίλιππον μὲν οὐκ ἐθαύμασα, οὐδὲν (vel κοῦδὲν) ὑπεξειλάμην, τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἔσωσα· οὗτος δ' ἐκείνου μὲν προῦκαλινδεῖτο καὶ τοὺς παιᾶνας ἦδεν, ἡμῶν δ' ὑπερεώρα? Praeferenda enim haec lectio unius libri Σ scripturae ὑπερορᾷ, si quidem hic tantummodo agitur de ratione qua Aeschines legatus se gesserit. Verbis sic transpositis adiuvatur etiam rhetorica loci compositio: ita enim binis verbis ἐθαύμασα — ὑπεξειλάμην bina respondent προῦκαλινδεῖτο — ἦδεν, unico ἔσωσα unicum ὑπερεώρα.

§ 341 utique supplendum: ὅτι δ' οὐ μόνον κατὰ τὰλλα, ἀλλὰ καὶ (κατὰ) τὰ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον πράγματα πανταχῶς συμφέρει τοῦτον ἡλωκέναι (l. ἐαλωκέναι).

De corona § 247. καὶ μὴν τῶ διαφθορῆναι χρήμασιν ἢ μὴ κεκοράτηκα Φιλίππου· ὡσπερ γὰρ ὁ ἠνούμενος νενίκηκε τὸν λαβόντα, ἐὰν πρίηται, οὕτως ὁ μὴ λαβὼν [καὶ διαφθορεῖς] νενίκηκε τὸν ἠνούμενον. Ipso membrorum aequilibrio oratorio damnatur inclusum a me glossema, quod praeterea arguitur lectionis varietate. Nam praeter m. pr. in Σ et L libri pro καὶ habent μηδέ, ut minus saltem obscure olim edi solebat. Frustra Weilius coniecit καὶ ἀδιάφθορος, quod et ipsum male abundaret.

§ 251. καίτοι πρὸς γε τοῦτον, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὸ τοῦ Κεφάλου [καλόν] εἰπεῖν ἔστι μοι. Deleatur perversum glossema καλόν, additum a nescio quo, qui in huius paragraphi initio, ubi legitur: Ναί, φησίν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλόν, τὸ μηδεμίαν γοαφὴν φρυγεῖν, non intellexerat καλόν (scil. ἔστι) esse praedicatum, quod confirmat sequens responsio: καὶ νῆ Δί' εὐδαιμόν γε.

§ 308. εἴτ' ἐπὶ τούτῳ τῷ καιρῷ (Aeschines) ῥήτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας ὡσπερ πνεῦμ' ἐφάνη. Vix errori debetur lectio codicis A ἀνεφάνη, quo composito Graeci uti solent de iis qui subito et praeter expectationem apparent, itaque hic non fuerat repudiandum.

Philipp. I § 17. Δεῖ γὰρ ἐκείνω τοῦτ' ἐν τῇ γνώμῃ παρασηῆσαι, ὡς ἡμεῖς ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν — ἴσως ἂν ὀμησάιτε. Sic hodie edi solet ex uno codice Σ pro reliquorum

librorum lectione παρασηναι, quam commendare mihi videtur emphaticum pronomen ὑμεῖς in sequentibus. Nimium in his minutiis tribui solet optimi codicis auctoritati, cuius rei aliud vide exemplum § 28, ubi, licet reliqui codices conspirent in optima lectione τοῦτο δὴ καὶ περανῶ (ut mox § 29 legitur τοῦτ' ἦδη λέξω), editores praetulerunt male sanam libri Parisiensis scripturam περιίνω, nec minus § 7 νυνὶ γάρ, ὃ πάντες ἐθροῖλουν τέως, Ὀλυνθίους ἐκπολεμῆσαι δεῖν Φιλίππῳ, quamquam ceteri codd. exhibent veram lectionem ἐκπολεμῶσαι, et idem vitium solus liber Σ tuetur scilicet Olynth. III § 7. Eodem pertinet quod huius libri auctoritas movit editores, ut in Philippica quarta § 39 optimae vulgatae τί οὖν Παθόντες τοῦτ' ὀνειδίζομεν ἀλλήλοις praeferrent tralaticium errorem τί οὖν Μαθόντες κτέ. De Halonneso § 12, ubi olim Bekkerus ceteros codd. secutus recte ediderat καίτοι πλείους γ' ἦσαν, novissimi editores propter codicis Σ auctoritatem dederunt καίτοι γε πλείους γ' ἦσαν κτέ. quod supra quam dici potest vitiosum est.

Olynth. I § 14. σκοπεῖσθ' εἰς τί ποτ' ἔλπις ταῦτα τελευτῆσαι.

Lege ΤΑΥΤᾹ pro ΤΑΥΤΑ, itaque ταῦτ' ἂν τελευτῆσαι.

§ 25. Ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχη τὰ τῶν Ὀλυνθίων ὑμεῖς ἐκεῖ πολέμησετε καὶ τὴν ἐκείνου κακῶς ποιήσετε τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην ἀδεῶς καρπούμενοι. Quia de una eademque terra (Attica) sermo est, grammatica saltem postularet ut articulo non repetito scriberetur καὶ οἰκείαν, sed quoniam otiose ea verba adduntur, probabilius iudico glossema esse, olim adscriptum ad interpretanda verba τὴν ὑπάρχουσαν, et de more a librariis textui insertum addita copula.

Olynth. III § 31. νῦν δὲ τὸναντίον κίριοι μὲν οἱ πολιτευόμενοι τῶν ἀγαθῶν, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττεται, ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος, ἐκνενευρισμένοι καὶ περιηρημένοι χρήματα, συμμαχούς, ἐν ὑπηρετοῦ καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδῶσι θεωρικῶν ὑμῶν ἢ Βοηδρόμια πέμψωσιν οἷτοι, καὶ τὸ πάντων ἀνδρειότατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε. Ex quo unice regnare coepit in crisi Demosthenica codex Σ Parisiensis, ambabus hanc lectionem critici arripuerunt explosa altera βοῖδια (l. βοῖδια) πέμψωσιν, quam testantur codicibus nostris longe antiquiores testes Dionysius Halicarnassensis et Hermogenes. Optime Graece dici Βοηδρόμια πέμπειν, ut πέμπειν Παναθήναια nemo hercle negabit, sed non reputarunt viri docti τὸ πέμπειν Βοηδρόμια non, ut quod praecedat μεταδιδόναι τῶν θεωρικῶν, fuisse τῶν πολιτενομένων, i. e. τῶν δητόρων — aliud enim est πέμψωσιν, aliud κελεύσει πέμπειν — sed ipsius populi, ut taceam ignorari pompam fuisse

propriam huius festi, et contra apparere ex loco Isocratis Areopag. § 29 οὐδ', ὅποτε μὲν δόξειεν αὐτοῖς, τριακοσίους βοῦς ἐπεμπον minime raras Athenis illa tempestate fuisse boum pompas, quaeque has excipiebant viscerationes. Optime autem cum acerba ironia oratores, quibus auctoribus decreta fierent in comitiis ut publice dis fieret bubus, quorum carnibus deinde populus de more vesceretur, dicuntur *boves iis mittere*, nec neglegendum Demosthenem cum contemptu usurpare vocem diminutivam βολῖδια, quam lectionem quantocius revocandam esse censeo.

Philipp. II § 20. ἄρα προσδοκᾶν αὐτοὺς τοιαῦτα πείσεσθαι ἢ λέγοντος ἂν πνος πιεῦσαι [οἴεσθε]; Delete οἴεσθε hoc verbum cogitatione repetendum ex initio periodi πῶς γὰρ οἴεσθε, ἔφη, ὧ ἄνδρες Μεσσηνιοὶ [δυσχερῶς recte del. Heimsoeth] ἀκούειν Ὀλυμθίου κτέ. Qua in re non indigeo, licet haud vilipendam, argumentum quo Weillium in eandem sententiam adductum esse video, qui adnotet 'faut il supprimer οἴεσθε, afin d' éviter l'hiatus?' Mihi res dubia non videtur.

De Halonneso § 42. Ἐαυτῶν φασὶ τὴν χώραν οὔσαν οἰκεῖν καὶ οὐχ ἑμετέραν καὶ τὰ μὲν ἑμέτερα εἶναι ἐγκτήματα [ὡς ἐν ἀλλοτριῶ], τὰ δ' ἑαυτῶν κτήματα [ὡς ἐν οἰκείῳ]. Magistelli Graeculi est, non oratoris Atheniensis docere τὴν τῶν ὀνομάτων διαφορὰν, ut arbitror.

§ 43. καὶ τοῦτό γ' ἀληθῆ λέγουσιν κτέ. Sic Graece dici potuisse mihi quidem non persuadent duo loci similiter corrupti quos attulit Voemel, Plat. Lach. p. 186 τοῦτο μὲν ἀληθῆ λέγεις et Hyperid. pro Euxen. col. 28 τοῦτ' εἰ μὲν ὑπελάμβανες ἀληθῆ εἶναι, sed apud Hyperidem recte iam Blassium video recepisse correctionem ἀληθές, nec idem facere dubitabit Martinus Schanz in loco Platonis. Similiter loco nostro olim recte Bekker secutus est omnes libros praeter Σ in ἀληθές conspirantes.

De rebus in Chersoneso § 25. καὶ διδῶσαν οἱ διδόντες οὔτε τὰ μικρὰ οὔτε τὰ πολλὰ ἀν' οὐδενός — οὐ γὰρ οὕτω μαινόνται — ἀλλ' ἀνούμενοι μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκπλέοντας ἐμπόρους [μὴ ὑλαῖσθαι], παραπέμπεσθαι τὰ πλοῖα τὰ αὐτῶν, τὰ τοιαῦτα. Plerique codd. μηδὲ ὑλαῖσθαι. Ipsum oratorem addidisse non credo. Vix enim alia mente dixerat μὴ ἀδικεῖσθαι, et facilis est suspitio magistellos interpretandi gratia adscripsisse proprium in ea re verbum.

§ 34. Νῦν δὲ δημιουργοῦντες ἑμᾶς καὶ χαριζόμενοι καθ' ἑπεροβλήν οὕτω διατεθείκασιν, ὡς' ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις τρυφᾶν [καὶ κολακεύεσθαι] πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούοντας, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ

τοῖς γιγνομένοις περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν. Quanto melius aberunt quae seclusi, nec deterret me locus Philippicae III § 4, ubi eadem verba cum eodem emblemate recurrunt.

§ 42. οὐ κακῶς οὐδ' ἀργῶς ταῦτα λογιζόμενος. Schaefer 'temere, re non accurate cognita', sed quo fideiussore? Vereor ne *ΑΡΙΩC* corruptum sit, licet sic iam legerit serus quartae Philippicae auctor § 14. Sententiae conveniret ἀνοήτως, sed fortasse aliud quid latet.

§ 61 ἐχθρούς intellegendum est, non scribendum, et similiter § 65 magistrallis debentur verba λέγειν et τὰ τοῦ Φιλίππου male repetita, ut optime ommissa sunt in tertio eiusdem periodi membro.

§ 69 male spreverunt editores verissimam Dobraei sententiam κατηγορεῖ esse glossema praegressi verbi κρίνει. Vel quaternarius numerus in eiusmodi enumeratione displicet. Vide § 76 πρέσβεις ἐκπέμπειν πανταχοῦ τοὺς διδάξοντας, νομιστήσοντας, πράξοντας. Cf. mox § 71 ἀλλ' ὅτι τῶν τοιούτων πολιτευμάτων οὐδὲν πολιτεύομαι, ἀλλὰ δυνάμενος ἂν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἕτεροι, κατηγορεῖν καὶ χαρίζεσθαι καὶ δημεύειν, ubi ad. h. l. respicitur. Sexcenties magistrallis interpretamenta sua petiverunt e vicinis.

III Philipp. § 76. Εἰ δέ τις ἔχει τοίτων βέλπιον, λεγέτω καὶ συμβουλευέτω. Deesse τί recte senserunt veteres correctores, quorum alii hanc voculam inseruerunt post τοίτων, alii post ἔχει, alii denique βέλπιον mutarunt in βελτίω. Repetitis duabus litteris corrigendum fuerat: Εἰ δέ τί τις ἔχει τοίτων βέλπιον.

IV Philipp. § 16. τῶν μὲν ἐν Θράκη κακῶν — ἐπιθυμεῖν — νεωρίων καὶ τριήρων [καὶ — προσόδων cum Σ m. pr. recte om. Weil] καὶ ΤΟΠΟΥ καὶ δόξης — οὐκ ἐπιθυμεῖν — ἵππερ δὲ τῶν μελιτῶν καὶ τῶν ὀλυρῶν τῶν ἐν τοῖς Θρακίους σιροῖς ἐν τῷ βαράθρῳ χειμάζειν. Librorum lectionem minime tuetur locus de symmoriis § 9. Contextus requirere videtur ΠΛΟΥΤΟΥ.

§ 29. ἀλλ' ὅταν μὲν ἐκεῖνος παρασκευάζεται, ἀμελήσαντες τοῦ ποιεῖν ταῦτό [καὶ ἀντιπαρασκευάζεσθαι], φραθυμεῖτε κτῆ. Formula ποιεῖν ταῦτό de more peperit interpretamentum. Simile emblemata feliciter Krueger sustulit apud Thucydidem III 42, 6 ὁ μὲν ἐπιτιχῶν ὀρέγοιτο τῷ αὐτῷ [χαριζόμενός τι καὶ αὐτός] προσάγεσθαι τὸ πλῆθος, quod olim probavi Stud. Thuc. p. 42 et nuperrime Cobet Mnem. nov. VIII p. 136.

§ 33. εἰ γὰρ ἐγκαταλειπόμενοι τι πεισόμεθ' ἡμεῖς, ἀδεῶς ἐπ' ἐκείνον ἤδη πορεύεται. Annotat Weil 'devancés a la course, distancés par l'adversaire. cf. Herod. VIII 59: οἱ δὲ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ φερανοῦνται.' At neque hic verbi usus Atticorum est neque contextus non postulat me iudice, ut ἐγκαταλειπόμενοι significet: non adiuti a rege, sed deserti, destituti. Cf. Thuc. IV 44. Xen. Hell. V 4, 13. Dem. p. 140. 1322. 1483. cett.

Epist. Philippi § 2. πρῶτον μὲν γὰρ Νικίον τοῦ κήρυκος ἀρπισθέντος ἐκ τῆς χώρας τῆς ἐμῆς οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμήσατε ὅτι τὴν δίκην, ἀλλὰ τὸν ἀδικούμενον εἰζέξατε δέκα μῆνας. Non

debuerant editores cum pessimis quibusdam libris expungere verba *ὅτι τὴν δίκην*, quae ut de suo adderet nemini venire poterat in mentem. Verba lacunosa videntur, sic fere supplenda: *ἐπευμήσατ', <οὐχ> ὅτι <ἐπεθήκατε> τὴν δίκην, ἀλλὰ κτῆ.* i. e. non iniuriae auctores reprehendistis, nedum iusta poena affecistis, sed cett. Non satis erat, opinor, Philippo, si Athenienses eos tantummodo vituperassent. Cf. mox § 4. Facile post *ἐπευμήσατε* simile verbum *ἐπεθήκατε* elabi potuisse videtur, quocirca sequiorem formam antiquiori *ἐπέθετε* praeferendam esse duxi.

§ 5. *Καλλίας τῶν τινῶν ὁ παρ' ἡμῶν στρατηγὸς τὰς μὲν πόλεις τὰς ἐν τῷ Παγασιτῇ κόλπῳ κατοικουμένας ἔλαβεν ἀπάσας ἡμῶν μὲν ἐνόρκους, ἔμοι δὲ συμμαχίδας οὖσας.* Scire pervelim quid tantum intercedat discriminis inter civitates *ἐνόρκους* et *συμμαχίδας*, ut iustam ea vocabula facere possint oppositionem, nec video quid Calliam adducere potuerit, ut urbes caperet Atheniensium sacramentis iam obstrictas. Quocirca ne sufficit quidem me iudice, ut suppleamus *ἡμῶν μὲν <οὐχ> ἐνόρκους, ἔμοι δὲ κτῆ.*, sed sententia postulare videtur *ἡμῶν μὲν ΟΥΔὲν Πρὸς ΗΚούσας*, ut librarium ex exemplari situ et madore corrupto eas tantum litteras quas legere posset descripsisse suspicemur.

§ 8 notetur novicius usus formae pluralis *προσβευταῖς* pro *προσβεσιν*, cuius primum vidi in titulis Atticis exemplum sub a. 200 a. C. Vide me 'lapidum de dial. Att. test.' pag. 63.

§ 9. *καίτοι πῶς ἐστὶ τοῦτ' ἴσον ἢ δίκαιον, ὅταν μὲν ἡμῶν συμφέρη, πολέμιον εἶναι φάσκειν [αὐτὸν] τῆς πόλεως, ὅταν δ' ἐμὲ συκοφαντεῖν βούλησθε, πολίτην ἀποδείκνυσθαι τὸν αὐτὸν [ὑφ' ἡμῶν].* Resectis quae seclusi, concinniore habemus orationem. Pronomen *τὸν αὐτὸν* ad utrumque periodi membrum pertinet, et *ἀποδείκνυσθαι* (= *εἶναι φάσκειν*) medium est, non passivum. Aliud est *ἀποδείκνυμαι*, quod praeterea pro *ποιεῖσθαι τινὰ πολίτην* Graece non dicitur.

§ 13. *Ἵμεῖς δ' ὧν μὲν ἠδίκησαν ἐμὲ Πεπαρήθιοι, τούτων μὲν οὐδὲν ἐπεσκέψασθε, τὴν δὲ τιμωρίαν, ἀκριβῶς εἰδότες.* Imo vero: *τὴν δὲ τιμωρίαν ἀκριβῶς* (scil. *ἐπεσκέψασθε*), delete perverso emblemate, quod addidit aliquis loci rationem non assecutus. Opponuntur inter se *οὐδὲν*, nequaquam, et *ἀκριβῶς*, diligenter.

§ 14. *οἱ ὀρθότερες λαμβάνειν μὲν οὐκ εἴωον, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλεον.* Oppositum verbum postulat ut scribatur *ἀπολαμβάνειν*. Recte in oratione de Halonneso § 5, quo respicit epistolae auctor, legitur *ἂν τε λάβητε ἂν τ' ἀπολάβητε*. Vid. Aesch. Ctesiph. § 83 et Athenaeus VI p. 223 E. Obiter Aeschini in Ctesiphontea § 143 redde *τὴν δὲ κατὰ γῆν* (scil. *ἡγεμονίαν*), *εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν* (i. e. si res vero nomine appellanda est), *ἄρδην φέρων ἀνέθηκε*. Male libri scripti et editi: *εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν*.

Traiecti ad Rhenum.

H. van Herwerden.